



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Disputationvm De Censuris In Communi,
Excommunicatione, Suspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

Disputatio XXX. De differentia suspensionis à depositione & degradatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

470 Disp. XXX. In quo differat suspensio à deposit. &c.

Imo nec de
præcepto.

impedimenti: non tamen reprehendo vsum illo-
rum propter Doctorum auctoritatem, & maiorem
explicationem legitimo sensu illius verbi, *restitutio*,
qui est per absolutionem suspensum restitui ad pri-
stinum statum, in quo ante suspensionem erat. Ad-
do vero, prædicta verba, non solum non esse de ne-
cessitate formæ, verum etiam nec de necessitate
præcepti, & consuetudo non est tanta, nec tam certa
quæ iudicari possit sufficiens, vt induxerit præ-
ceptum. Verba ergo substantialia sunt, *Ego te absolvo à*
suspensione, vel alia similia, seu æquivalentia. Quod
tamen intelligendum est iuxta superius dicta de
Censuris in communi, vbi tractauimus, an debeant
esse vocalia, vel sufficiant scripta, & quid de aliis fi-
gnis dicendum sit.

A & ab illo petitur absolutio, vel generatim ab omni
suspensione, vel speciatim explicando modos &
causas illarum suspensionum, tunc vnica, & simplici
absolutione omnes tolluntur, siue expresse addatur
distributio, siue indefinite concedatur absolutio à
suspensione, dummodo simpliciter & absque vlla li-
mitatione detur: quia, cum illa absolutio sit indiffe-
rens, nihil operaretur, nisi omnes tolleretur, quia non
est maior ratio de vna quam de alia: nisi fortasse per
intentionem operantis limitaretur, quod sine du-
bio fieri posset: tamen, quando non constat alias de
tali intentione, præsumendum est esse consentane-
am verbis, & consequenter esse generalem & abso-
lutam, sicut verba ipsa sunt, iuxta communem eo-
rum vsum, vt diximus.

De solemnitate in forma absolutionis à suspensione.

3
conclusio. S^{ecundo} dicendum est, nullam certam solenni-
tatem esse ab Ecclesia institutam, quæ ex præce-
pto seruanda sit in hac absolutione ferenda. Proba-
tur, quia nullo iure extat dicta solennitas, neque et-
iam in communi vfu habetur. Solum ait Nauarrus
citato loco in huiusmodi absolutione exigendum
esse iusiurandum ab eo, qui absoluitur, scilicet de
satisfaciendo, aut de obediendo, citatque cap. *Super*
eo, & cap. *Venerabili*, de Sent. excom. Tamen in priori
non est sermo de sola suspensione, sed coniuncta
cum excommunicatione: & ideo mirum non est
quod, per se loquendo, esset necessarium iuramen-
tum, quamquam in eo casu dispensauerit Pontifex,
vt *promissio manualis*, sine iuramento admitteretur.
In posteriori autem loco est sermo de absolutione
ad cautelam, & quæ in alterius præiudicium cedere
poterat; & in omni casu simili verum existimo exi-
gendum esse iuramentum, vel aliam sufficientem
cautionem, maxime quando res est grauioris mo-
menti: extra huiusmodi autem casum non erit tale
iuramentum necessarium.

Hic vero occurrebant quæstiones ille, an ad hanc
absolutionem necessaria sit præsentia localis, vel
ferri possit in absentem, & ignorantem, & non vo-
luntarium, vel inuitum: verum hæc omnia, & simi-
lia eodem modo expedienda sunt, quo in Censura
in communi. Vnde hic etiam oportet aduertere,
quod ibi tractauimus, fieri posse vt aliquis sit suspē-
sus pluribus suspensionibus, vel diuersarum ratio-
num, vel tantum numero diuersis, vt per se notum
est: ideoque posse etiam contingere, vt ab vna ab-
soluatur, & non ab alia, quia non habent inter se ne-
cessariam connexionem, vt ex dictis ibi patet, quia
nulla est hic specialis ratio. Et ideo diligenter inspi-
ciendum est, an absolutio limitetur ad vnam suspen-
sionem, vel extendatur ad omnes: limitabitur autē
ad vnam, primo quando in forma absolutionis ex-
plicatur causa suspensionis: nam tunc solum tolli-
tur illa quæ propter talem causam contracta est, &
alia quæ orta fuerit ex diuersa causa manebit. Se-
cundo, si vna sit lata ab vno iudice, & ab alio, si vnus
absoluat, tollit suspensionem, quam ipse intulit, non
aliam, nisi absoluat simpliciter ex facultate alterius:
idemque proportionaliter est, si vna sit à iure, alia ab
homine. Item si vna sit propter delictum, & alia
propter defectum, priori ablata non tollitur poste-
rior, nam potestatem longe diuersam requirit: vt si
quis ante legitimam ætatem sine dispensatione ordi-
natus sit, licet absoluaatur à suspensione, quam pro-
pter illud delictum incurrit, non tamen manet sta-
tim habilis ad ministrandum in ordine suscepto, do-
nec, vel ætatem impleat, vel in illo etiam defectu
specialiter dispensetur, nam illa potius est irregula-
ritas quædam, de quo alias. At vero, quando pote-
stas absoluentis, ad omnes suspensiones extenditur,

Signa ad co-
gnoscendum
quando abso-
lutio datur
ab vna
suspensione
vel
ab omnibus.
Primum.

Secundum.

Tertium.

DISPUTATIO XXX.

De differentia suspensionis à depositione, & degradatione.



VAMVIS Depositio, & degra-
datio propriè censuræ non sunt, vt in principio huius materiæ
diximus: tamen quia solennes
Ecclesiasticæ pænæ sunt, & cum censuris,
præsertim cum suspensione maximam affi-
nitatem habent, ad huius materiæ comple-
mentum necessarium est aliquam earum
mentionem facere. Atque ad id præstan-
dum hic locus accommodatissimus visus
est, vt suspensionis natura, quam hætenus
absolute considerauimus, nunc per compa-
rationem ad has pœnas exactius intelliga-
tur. Est autem circiter nomen *depositionis* ad-
uertendum æquiuocum esse, sicut & ver-
bum *deponere*, à quo deducitur. *Deponere*
enim aliquando idem significat, quod rem
alicui custodiendam tradere, & res sic tra-
dita *depositum* dicitur: actio vero ipsa tra-
dendi dicitur *depositio*: quomodo frequen-
ter accipitur in vtroque iure sub titulis de
Deposito. Et inde fortasse deriuatum fuit
in iure ad significandum testium depositio-
nem, seu testificationem: nam qui testimo-
nium suum profert, quodammodo verita-
tem sibi cognitam fidei iudicis committit.
Atque sic accipitur nomen *depositio* in L. 3.
C. si minor se maiorem dixerit. Alio vero
modo verbum *deponere* significat idem quod
auferre, aut derelinquere aliquid: quomodo
inter alia dicitur quispiam deponere of-
ficium, vel imperium. Et hinc etiam nomen
depositionis significat illam actionem per
quam aliquis, vel deponit, vel deponitur ab
officio, vel à qualibet dignitate. Et quidem,
si depositio fiat ab ipso, qui deponitur
omnino sponte & voluntarie, non habet ra-
tionem pænæ: si vero quis inuitus ab alio
deponatur, tunc depositio pœnalis est: & si
versetur circa munus, vel dignitatem eccle-
siasticam, erit specialis pœna ecclesiastica,
ad quam significandam in iure Canonico
accom-

Depositi
nomen aptum
est.

In qui
enim
suspensio
depositio

Primo
notum

Secundo
notum
est.

3. C.
notum

Notum
dicitur
Barn.

accommodata est hæc vox : & in hac significatione nunc de illa generatim tractamus. Nam etiã in hac acceptione plures habet significationes, & æquiuoca esse videtur, vt ex dicendis constabit. Duplex autem significatio hic necessario præmittenda est: quia interdum videtur accipi genericè, vt comprehendit degradationem : nam illa etiam depositio quædam est : interdum vero magis specificè, vt significat pœnam quandam à degradatione, & à suspensione distinctam, quæ depositio verbalis appellatur, nam degradatio, depositio realis esse censetur. Prius igitur de depositione verbali, quæ frequentius depositio vocatur : postea de reali, seu degradatione dicemus.

SECTIO I.

Quomodo suspensio à depositione differat.

In quibus
conueniunt
suspensio et
depositio.

T rationem dubitandi, atque dicendi, seu explicandi differentiam hanc melius aperiamus, oportet incipere ab his in quibus depositio, & suspensio conueniunt: sunt enim tam multa, vt non videantur distingui, nisi tanquam species, & genus: nam depositio hæc suspensio quædam esse videtur. Conueniunt enim primo, quod vtraque est ecclesiastica pœna, vt per se notum est. Vnde vtrique etiam communia sunt illa omnia, quæ sunt de ratione pœnæ, nimirum quod propter culpam proportionatam inferatur, & quod solus ille imponere eam possit, qui iurisdictionem habet in eum, cui imponitur, & similia. Et quãtis depositio talis sit pœna, quæ non habet rationem censuræ, tamen per hoc solum non videtur sufficienter distingui à suspensione generatim sumpta, sed ab aliqua tantum, quia etiam datur aliqua suspensio, quæ non habet propriam & exactam rationem censuræ, vt in superioribus visum est.

Secundo
conueniunt
ita.

Secundo conueniunt, quia etiam depositio priuat ecclesiasticis functionibus: quod de suspensione satis ostensum est, & de depositione constat, tum ex dictis de ipsa voce, tum etiam quia in Ecclesia non dicitur quis deponi cum priuatur, vel receptione sacramentorum, vel priuatis actionibus, aut bonis communibus omnibus fidelibus: huiusmodi enim priuationes ad excommunicationem, vel interdictum potius pertinent: depositio ergo priuat aliquo munere publico, vel ecclesiastica dignitate, cum depositio ecclesiastica pœna sit. Vnde etiam fit (quæ potest esse tertia conuenientia) vt hæc etiam sit pœna propria clericorum: Quod sumitur ex cap. *Qui semel*, 50. distinct. & cap. 2. de Pœnis in 6. & aliis statim citandis. Et constat ex eodem principio, scilicet, quod priuat muneribus, functionibus, aut dignitatibus ecclesiasticis; quæ sunt propriæ clericorum, Quamuis enim, vt supra dicebam, depositio late sumpta dicatur de quocumque munere temporali: & sic etiam iudices seculares, vel alij ministri Reipublicæ dicantur à suis muneribus deponi, tamen depositio specialiter sumpta, vt est ecclesiastica pœna, solum dicit respectum ad ecclesiastica beneficia, vel munerata: & ideo talis depositio clericorum propria est. Atque ita sentit Nauarrus cap. 27. numer. 151. Vbi Panormitanum, cardinal. & alios citat. Et videri etiam potest Decius in cap. *At si clericus*, de Iudiciis, num. 5. Bernard. Diaz in Pract. Fr. Suarez tom. 5:

3. Conueniunt
etiam.

Nauarr.
Decius.
Bern. Diaz.

A capit. 153. Alio tamen modo extenditur ad religiosos, etiam si clerici non sint, quatenus sunt personæ ecclesiasticæ, quod etiam suspensioni commune est, sicut enim Abbatissæ, & suspendi, & deponi solent.

Quarto conueniunt, quod sicut suspensio esse potest ab officio, & beneficio, ita etiam depositio, sumitur ex Abbate in cap. *Insinuatum*, de Simonia, & in cap. *Querelam*, de iureiurando, numer. primo, vbi ait propter periculum posse aliquem deponi ab ordine, & beneficio: supponit ergo vtramque speciem depositionis reperiri: citat cap. *Cum non ab homine*, de Iudiciis, vbi solum dicitur clericum in periculo, aut homicidio, aut alio simili crimine deprehensum deponendum esse. At vero in cap. *Si Episcopus*, distinctio. quinquagesima, specialiter fit mentio de depositione ab officio, & in cap. *Si quis clericus*, 81. distinct. & in cap. 1. de Homicid. in 6. dist. fertur depositio, ab ordine, officio, dignitatibus, &c. & de vtraque intelligi potest, quod Felinus in cap. *Ex parte*, de Accusationibus, num. 4. ait, depositum à beneficio ex illius redditibus fore alendum, ne egeat: quod nos supra etiam diximus de suspensione, quæ est in pœnam delicti commisi, & non ob contumaciam: Quia vero depositio simpliciter dicta magis respicit ordines, quam beneficia, iuxta communem modum loquendi: & quia in depositione à beneficio facillime cernitur differentia, ideo eam breuiter possumus expedire, & rationem huius depositionis à beneficio declarare.

Deposuitio & suspensio à beneficio quomodo differant.

Depositio itaque & suspensio, si vtraque sit à beneficio, in hoc potissimum differunt, quod suspensio non priuat beneficio, sed perceptione fructuum: depositio autem priuat ipso beneficio. Quod patet ex proprietate ipsius vocis, quæ huiusmodi priuationem significat, vt dictum est. Vnde Abbas supra, eadem interdum vocat depositionem, interdum vero priuationem beneficii. Declaratur, quia depositio hæc in primis est perpetua; & in hoc differt ab omni suspensione ad tempus certum, & ab illa, quæ indefinite fertur, quæ virtutem conditionem includit (vt dixi) ratione cuius dici potest aliquo modo temporalis, licet sub alia consideratione sit perpetua negative. A suspensione autem, quæ positiue vt perpetua fertur, in hoc maxime differre videtur, quod suspensio etiam illa priuat directe solum fructibus, & vsu beneficii, non radice ipsa, vt sic dicam: depositio autem priuat radice, nec facile poterit alia differentia cogitari: ergo depositio hæc per se primo priuat beneficio ipso. Verum est tamen quod perpetuo suspensus illo modo, eo ipso videtur beneficio priuandus: quia dissonum rationi est, vt beneficium habeat, quia percipiendis eius fructibus perpetuo interdictus est. Quia vel habebat beneficium sine obligatione ad officium; quoad est contra finem eius, aut erit debitor officij in perpetuum, quod est etiam contra institutionem beneficii. Nihilominus tamen ex vi suspensionis quantumuis perpetuæ, non perditur beneficium ipso iure: vnde obtemperata dispensatione suspensionis, illud retinere poterit: per depositionem autem tollitur ipso facto, nec retinere poterit nisi per nouam concessionem.

Vnde obiter expeditur dubium, an hæc depositio dispensabilis sit: Quod attigit Panormitan in cap. *Post translationem*, de Electione, & in cap. *Insinuatum*, in fine, & in cap. *De simoniace*, de Simonia, & ibi Felinus, numero tertio, & alij, qui non in genere de hac depositione, sed in particulari, vt est pœna simoniæ, vel alterius vitiij tractant, quod nunc ad

4. Conueniunt
etiam.
Abb.

Felinus.

Abb.
Felinus

Deposito, an reddat inhabilem reum ad nouum beneficium.

nos non spectat. Vt ergo in genere aliquod responsum demus, oportet prius declarare, an hæc depositio præter priuationem beneficii prius possessi, reddat personam inhabilem ad illud, vel alia recipienda. Ad quod breuiter dicendum est, depositionem in genere sumptam includere hanc vim, quia includit perpetuitatem positiuam, quodammodo maiorem quam sit in suspensione etiam perpetua, vt ex vsu vocis constat, & in sequentibus latius explicabitur. Si ergo depositio sit simpliciter à beneficio perpetuo priuat omni beneficio, & consequenter ipsa manente reddit personam inhabilem ad beneficiū suscipiendum. Si vero sit ab vno tantum beneficio respectu illius seruatur eadem proportio: tamen respectu aliorum non inducit inhabilitatem, iuxta dicta de suspensione, quæ hic cum proportionem, & fortiori ratione possunt applicari.

An depositio à beneficio sit dispensabilis.

Iam vero ad priorem interrogationem respondeo, quantum ad priuationem à beneficio, si semel facta est, non esse capacem dispensationis, quia est poena de se perpetua, quæ simul tota fit, & licet forte postea restituatur beneficium, vel aliud detur, non est propria dispensatio, sed reparatio, aut recompensatio prioris damni, quam potest alius facere, si alias persona non sit incapax beneficii. Quantum ergo ad inhabilitatem, clarum est dispensari posse à Pontifice, cum sit iuris humani; difficilius autem dispensatur quam suspensio perpetua, & ideo dixi depositionem hanc moraliter esse magis perpetuam. Episcopus autem non potest in illa dispensare nisi in casibus iure concessis, propter dicta supra à fortiori de dispensatione. Vnde etiam obiter notari potest, poenam priuationis beneficii sub hac vocelata non includere inhabilitatem ad iterum recipiendum illud, si detur ab illo, qui conferre potest: quia nomen priuationis hoc non dicit, & vox poenalis restringenda est: vnde in hoc priuationis poena minor est, quam depositionis respectu eiusdem beneficii. Si tamen cum priuatione addatur inhabilitas, æquiualeat depositioni à beneficio respectiue.

Suspensionis, & depositionis ab officio discrimen.

Deposito à iurisdictione.

Depositio ab officio, & ab ordine, & à iurisdictione esse potest, argumento capit. secund. de penis in sexto. Cum est à iurisdictione, non vsu tantum, sed ipso munere, & dominio (vt sic dicam) iurisdictionis priuat: & in hoc differat suspensionem iurisdictionis, eadem proportionem qua de depositione à beneficio dictum est: nec de hac depositione plura sunt necessaria. Quæ vero est ab ordine, in hoc conuenit cum suspensione ab ordine, quod non priuat ordine ipso: nec enim potest, cum per indelebilem characterem imprimatur: quem proinde Ecclesia auferre non potest, vt est certa, & communis Theologorum doctrina in quar. distinction. 25. quam etiam in tertio tomo tetigimus ad questionem 63. Diui Thomæ. Vnde fit, etiam esse commune huic depositioni cum suspensione, vt, quamuis depositus grauer peccet exercendo actus ordinis: nihilominus validi sint, quando iurisdictionem non requirunt (vt excludamus absolutionem sacramentalem.) Itaque depositus Sacerdos vere consecrat, & vere vngit, & Episcopus depositus vere ordinat, vere confirmat, si debita forma, & materia, & legitima intentione vtratur, eodem prorsus modo, quo id diximus de suspensione, ex eodem principio, quod hic retinet eandem ordinis potestatem, à qua ex diuina institutione actus habet suum valorem & efficaciam, si cetera necessaria concurrant.

Deposito ab ordine in quo conueniat cum suspensione.

si Communis.

Vnde vltius etiam conuenit hæc depositio cum suspensione, quod non priuat per se, & ex vi sua pri-

uilegio clericali, nisi hoc in specialem poenam expressè adiungatur: quod notauit Abbas in capit. 17. clerici, §. de adulteris, de Iudiciis, nu. 2. vbi Additio, Felinum, & Speculatorem in eandem sententiam citat. Colligiturque ex illo textu, vbi dicitur, clericum depositum non esse tradendum iudici seculari, quia videlicet per solam depositionem non amittit privilegium fori: & ideo, nisi specialiter illo priuetur propter nouum delictum, vel contumaciam, seruandum illi est. Vnde in c. Cum non ab homine, eodem titulo, clericus criminofus prius deponendus dicitur, postea, si contumax sit, excommunicandus vel anathematizandus, si vero crescente contumacia, in profundum malorum venerit, cum Ecclesia non habeat aliud quod faciat, tunc tradendus est Curia seculari: ergo antea per solam depositionem non amittit privilegium clericale. Quod etiam colligitur ex ca. Tua, de penis, vt latius declarat ibi Abbas.

Denique in hoc etiam conuenit depositus cum suspensio, quod sicut non priuatur privilegio, ita neque onere clericali, quale est pensum diurnum horas canonicas recitandi, si sit clericus in sacris, vt docent Summistæ omnes, verb. Degradatio, & notauit Couarruias libr. 3. Variarum, cap. 13. numer. 8. vbi alios refert. Et ratio est, quia hæc obligatio comitatur ipsum ordinem etiam si nullum beneficium, aut ecclesiasticos redditus habeat coniunctos: ordo autem tam manet in deposito, quam in suspensio. Item à fortiori non priuat depositio obligatione seruandi castitatem, nec inhabilitate ad matrimonium contrahendum, vt recte notauit Abbas in capit. prim. Qui clerici, vel vouentes, nu. 6. ex capit. Distum, si, dist.

Nihilominus depositio, & suspensio ad ordinem diuersæ poenæ censentur, iuxta vsu iurium, vt patet c. At si clerici, de Iudiciis, & cap. secundo de Penis in 6. & Doctoribus his locis, & Summistis in dictis verbis. Vfus autem vocum reddit obsecram rationem diuersitatis. Suspensio enim sæpe vocatur depositio, vt notat Glossa cap. Si quis Episcopus, dist. 83. & ex multis canonibus Apostolorum sumitur, & putant multi in rubrica, de clerico excommunicato, vel deposito ministrante: depositum appellari omnem illum, qui suspensus est, quia in textibus illius tituli, sæpe fit mentio de suspensis: illi ergo etiam in titulo comprehenduntur. Vnde in cap. tertio eiusdem tituli aliqua depositio vocatur perpetua, in quo significatur aliam esse non perpetuam, quæ non est aliud quam suspensio. E contrario vero depositio etiam perpetua solet appellari aliquando suspensio, vt Innocentio notauit Nauarrus, & patet in motu Sixti Quinti de male promotis, & sæpe alias. Nam quia omnis hæc poena priuat vsu ordinum, & non ipsis ordinibus, propter primum dici potest depositio, & propter secundum suspensio. Iuxta propriam vero magisque vsitatam significationem illarum vocum, depositio significat priuationem perpetuam, & irremissibilem: suspensio vero minime. Ita Syluester verbo, Degradatio, Nauarrus, cap. 17. nu. 151. Abbas in cap. Verisatus, nu. 13. de Dolo & contumacia, & sumitur ex illo textu, & cap. 1.2. & sequentibus, 50. distinction. cum aliis citatis. Ratio vero est, quia vterque modus poenæ potest ab Ecclesia imponi, vt ex vsu constat, quia nulla est repugnancia, & in delictis potest esse fundamentum, & potestas non deest, quia licet Ecclesia non tollat characterem, potest perpetuo prohibere vsu eius, saltem ne licite fiat: & hoc facit per depositionem, per quam priuat, quantum potest, clericum, quem deponit munere clericali, illum perpetuo remouendo: quod non ita facit per suspensionem.

Ex his ergo satis clara est differentia inter depositionem, & quamcumque suspensionem ad definitum tempus. Eademque fere versatur cum suspensionem indefinite lata, qua hæc licet negatiue dicatur perpetua, aliquo modo est temporalis, & tolli potest, postquam

potest, vt dixi. A suspensione vero positue perpetua, & cū hoc addito lata, vix potest distinguī, quia habent eōdem effectus, neutra enim priuat ipso ordine, & vtrique priuat vīu totali (de hac enim suspensione tracto) & positue perpetuo, & sine spe remissionis, iuxta cap. Si quis Episcopus damnatus, & cap. Theogualdus, 11. quæstion. tertia, ergo non habent in quo differant. Atque ita certē sentiunt Panormitanus, Syluester, & alij locis citatis, nam cum distinguunt suspensionem perpetuā à depositione, videntur loqui de suspensione, quam nos indefinitam, sed negatiue perpetuam appellamus. Estque aliquod huius rei iudiciū in cap. Veritatis, de Dolo, & contumacia, vbi prius ponitur absoluta suspensio, postea irremissibilis depositio. Et hoc sensu Nauarrus supra ait, suspensionem perpetuam habere rationē depositionis significans suspensionem partialem nō esse depositionem, licet perpetua sit. Sed hoc pertinet ad modum loquendi, & potius depositio illa irremissibilis, de qua loquitur cap. Veritatis, partialiserat, vt notat Abbas ibi, num. 15. Cum proportionem ergo videtur esse idem suspensioni positue perpetua, & depositio ab ordine. Hunc ergo sentiendi, & loquendi modum, & probabilem, & facilem esse sentio. Si quis autem dicat, hanc eandem priuationem perpetuam vīu ordinis: interdum esse dispensabilem iure ordinario, & tunc vocari proprie suspensionem, interdum vero imponi vt irremissibilem sine spe dispensationis ita vt licet Pontifex possit dare de plenā potestate, regulariter tamen, & quāsi lege ordinaria non faciat, & tunc vocari depositionem. Si quis (inquam) hoc dicat, mea sententia non male sentiet, nec loquetur, nec sine fundamento in iure, vt videre licet, 11. quæstione 3. per multa capita, & in cap. Veritatis, de Dolo, & contumacia. Sed in hoc etiam non potest magna vis fieri, quia interdum de suspensione perpetua dicitur, vt sit sine spe dispensationis, vt patet in motu Sixti Quinti contra male promotos, & Abbas in dict. ca. Veritatis, notat hæc verba maxime poni ad terrorem. Et ita ipse ibi sentit hæc non differre: vel certe videtur esse tota diuersitas in vīu vōcum, & ideo in hoc contentendum non est.

Alio item modo potest suspensio perpetua à depositione distinguī, vel potius duplex modus depositionis cum aliqua diuersitate in re, & quæ ad iurim intelligentiam conducat, & ideo explicandus etiam est. Oportet ergo aduerrere, quod præ depositionem realem seu degradationem, de qua sectione sequenti dicendum est, duplex depositio verbalis distinguī potest: nam quædam est quæ absolute (vt sic dicam) & per se fit, sine ordine ad aliud: alia quæ fit in ordine ad degradationem realem: quam diuisionem attigit Iulius Clarus in Practica criminali, quæstione 74. numero. 4. & Bernardus Diaz in Practica criminali. canon. cap. rer. numer. septimo. Inter quas possunt multæ differentie assignari, tam ex modo quo fiunt, quam ex effectibus, vt ex dicendis constabit. Ad tollendas ergo verborum æquiuocationes vocemus priorem depositionem absolutam aliam respectiuam, seu illam tantum depositionem, hanc depositionem verbalem, alia vero aut non vocetur depositio, sed degradatio, aut dicatur depositio realis seu actualis. Quando ergo dicitur depositio nihil aliud esse, quam quædam suspensio positue perpetua, & irremissibilis, intelligendum id est, de depositione absoluta, nam ab alia multum differt, eodem, scilicet, modo quo ipsa depositio absoluta ab illa differt. Diuersitas autem inter depositionem absolutam, & respectiuam potissimum est, quod vna ordinatur ad degradationem, & non alia. Constat autem moraliter hic respectus, seu differentia in hoc, quod depositus tantum absolute, non potest sine noua sententia degradari, & si cum eo respectu depositus est, potest statim ad ex-

ecutionem degradationis pertransiri. Ita colligitur ex cap. secund. de pœnis, in sexto. Præter hanc autem differentiam non habent aliam quoad effectus morales, quos inducūt, quia neutra priuat priuilegio clericali vsque ad realem degradationem, vt etiam de respectiuā depositione probant superius adducta: reliqui vero effectus omnes ab vtrique fiunt.

An suspensio perpetua, aut depositio ab officio priuent ipso iure beneficiis possessis, & ad futura inhabilitent.

HIC vero tractandum est dubium supra remissum, an aliqua depositio verbalis, vel perpetua suspensio, priuet ipso facto beneficiis possessis, redantque hominem inhabilem ad alia de nouo acquirenda. Videtur enim probabiliter ostendi posse vtramque id facere, siue absolute feratur, siue ab officio, siue ab omni ordine: quod vero vna potius quam alia id faciat, nulla ratione probabiliter ostendi potest. Declaratur, quia si habent hunc effectum, est propter perpetuitatem, quæ vtrique communis est, ergo est effectus. Quod autem ex perpetuitate ille effectus nascatur, videtur esse in primis doctrina communis Canonistarum. Nam Immola in cap. Immola, cum dilectus, de consuetudinibus, referens Calderinum ait, suspensionem perpetuam ab officio habere vim priuationis, & tunc taliter suspensum esse priuatum, etiam beneficio. Sic etiam Abbas in ca. Cum Abb. bona, de ætat. & qualic. numer. sexto referens Hostiensem ait, suspensionem ab officio non extendi ad beneficium, nisi feratur ex impedimento perpetuo. Ex quorum mente hæc conficitur ratio: beneficium datur propter officium, ergo qui perpetuo priuatus est officio clericali, eo a se quæper priuatus est beneficio, quia ablato fundamento ruunt reliqua. Vnde Glossa 1. q. 3. in principio, verb. Annexa Qui priuatur (inquit) officio, & beneficio priuatur. Et refert iura, quæ parum conferunt, præter ea verba capit. Eos, 81. dist. Sicut se iustissime ab officio alienos faciunt, ita beneficio Ecclesiæ: eo priuatos esse adiudicamus.

Nihilominus doctrina hæc limitatione indiget: distinguere ergo oportet inter hanc pœnam à iure latam ab homine, item inter beneficium iam obtentum, & obtinendum. Et dicendum in primis est, per depositionem, vel suspensionem ab ordine, vel officio quantumvis perpetuam solo iure latam nō amitti ipso facto beneficia iam possessa. Hoc sufficenter probamus, quia nullo iure id cautum est, neque autores communiter id affirmant. Item quia irregularitas non habet hunc effectum, vt infra ostendemus, ergo nec suspensio, vel depositio perpetua solo iure lata, nam hæc irregularitati æquiparantur præsertim in perpetuitate: ex qua dicebatur nasci ille effectus. Item supra ostensum est, suspensionem ab officio non includere suspensionem à beneficio, quia nulla lege id declaratum est, neque pœna est amplianda vitra vim verborum legis: neque connexio beneficii cum officio sufficit, quia vel officium illud potest aliter suppleri, vel impedimentum illud auferri, quæ omnia ad præsens accommodari possunt, sicut ad irregularitatem, in qualiter explicabuntur.

At vero per hanc depositionem ab homine latam valde probabile est simul fieri priuationem à beneficio. Hoc sentit Syluester verb. Degradatio, in principio dum ait depositionem verbalem fieri per priuationem ab officio, & beneficio. Idem sentit Panormitanus dict. cap. Veritatis, numer. 13. vbi ex illo textu colligendum esse dicit formam & practicam depositionis verbalis: dicitur autem in illo textu: Tulimus sententiam perpetuæ depositionis in ipsum, & eum tam à Pontificali dignitate, quam ab omni officio Sacerdotali priuatum, sine spe restitutionis aliqua diximus

Rr 3 condemnari.

13
Ratio dubitandi.

Glossa.

14
Quid in hoc dubio sentiendum de depositione aut suspensione perpetua iure lato.

15
Quid de latatione ab homine. Syluester. Panormitanus.

12
Distinguitur depositio inter depositionem partialem

13
Iul. Clar.

14
Bern. Diaz.

15
Distinguitur depositio inter depositionem partialem

condemnandum. Hoc etiam recte confirmant ea, quæ pro altera parte adducebantur, nam sine dubio is, qui perpetuo priuatur officio ecclesiastico, dignus est priuari etiam beneficio: ergo maxime id fieri debet per hominis condemnationem, vt in dicto cap. Eos, §. i. distinct. bene indicatur. Vnde etiam in irregularitate ita fit: nam licet per illam non amittantur beneficia ipso iure, tamen per sententiam iudicis auferuntur, si impetrentur, vel homo condemnatur priusquam ab irregularitate absoluitur. Ratio autem est, quia lex regulariter non ita seuerè punit, vt per se ipsam cogat hominem statim in se exequi penam, maxime illam, quæ propriam ipsius hominis actionem requirit, vt se ipsum beneficiis spoliare: id autem per iudicem merito fit, quando talis pena est consentanea, & proportionata delicto seu statui, in quo homo ratione delicti constituitur, vt in præsentis contingit. Et quoad hoc recte procedit ratio de connexionem beneficii cum officio, vt latius declarabimus in irregularitate.

Aduerto tamen ex ibi dicendis, quod licet hæc priuatio beneficiorum in vfu, seu executio hominis coniuncta sit cum pena depositionis, vel suspensionis perpetuæ ab officio: nihilominus formaliter talis suspensio non includit illam priuationem, sicut nec irregularitas illam includit, sed illam secum affert, per hominem tamen exequendam. Depositio autem, si vim verbi attendamus, magis videtur formaliter includere posse dictam priuationem, quia vox illa magis indicat priuationem totalem, & (vt ita dicam) radicalem. Vnde si index solum diceret, suspendimus eum perpetuo ab officio, & beneficio: ex vi horum verborum non videretur eum priuare ipsis beneficiis sed fructibus tantum: secus vero erit si dicat: Deponimus eum ab omni officio, & beneficio: nam ex vi horum verborum videtur eum priuare beneficiis in qua re consuetudo & communis sensus verborum attendenda sunt. Nos enim hic non explicamus, quibus verbis iudex aperire debeat mentem suam, nec quid faciat de facto: sed quid iure possit, quoties enim perpetuo suspendit, vel deponit ab officio potest etiam priuare beneficiis: vt vero, faciat, vt debet verbis, quæ sufficienter id significant. Vnde constat in his sententiis ab homine latis idem dicendum esse quoad beneficia postea obtinenda, quorum acceptio facilius impeditur. An vero per has penas ipso iure contractas fiat homo inhabilis ad obtinenda denovo beneficia, dicemus agentes de Irregularitate, quoniam de his omnibus videtur esse eadem ratio.

Sed obicitur potest contra dict. c. 2. de penis in 6. vbi in forma degradationis actualis inter alia dicitur: Deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio, & privilegio clericali. Ex quibus verbis colligi potest, hunc effectum priuandi beneficio ita esse proprium degradationis actualis, vt non conueniat verbali: illa enim duo in illo textu distinguuntur vt prius sit sermo de verbali, & hic effectus ei non tribuitur, sed soli reali. Et potest confirmari, nā prius dicitur: Deponimus, deinde vero, spoliamus omni beneficio: ergo hic effectus non fit ex vi depositionis simpliciter dictæ. Denique non efficaciori argumento colligunt inde Doctores, per depositionem verbalem non priuari aliquem privilegio clericali, sed hoc esse speciale depositionis, realis scilicet, quia in eius forma id specialiter exprimitur. Respondeo, in eo capite nec explicari effectus depositionis verbalis, nec formam verborum per quam fieri debet, & ideo nullum posse inde firmum argumentum sumi ad probandum, an habeat hunc effectum, nec ne. Nam licet in forma degradationis realis mentio eius fiat, non sequitur esse proprium illius, vel in eo distingui à depositione. Quia cū degradatio sit veluti executio quædam verbalis depositionis, quod per hanc fuit iam plene factum, per aliam significatur. Idem-

que dicerem ex vi illius textus de amissione privilegij clericalis, nisi ex aliis iuribus constaret per solam depositionem verbalem illud non amitti. Quod vero in illo textu prius dicitur, Deponimus, & postea addatur, spoliamus beneficiis, frivolum argumentum est: quia ibi verbum, Deponimus, non accipitur in ea proprietate, secundum quam illi specialiter respondet depositio verbalis, de qua nunc agimus: sed prout generatim significat idem, quod priuare. Vnde illa quatuor verba, quæ ibi ad errorem, & exaggerationem coacervantur, quali synonyma sunt in hac materia, scilicet, Deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio, &c. Nisi quis malit dicere per verbum, Deponimus, integre significari totam penam, per alia vero quasi per partes declarari illam depositionem consistere in degradatione ab ordinibus, spoliatione à beneficiis, & ablatione privilegij clericalis. Quæ omnia consummantur quidē & quasi promulgantur in degradatione: in verbali autem depositione contenta fuerat vel formaliter, vt priuatio ordinum, & beneficiorum, vel virtute vt ablatio privilegij clericalis.

De solemnitate in depositione, quæ ad degradationem ordinatur, requisita.

Q Via ergo hæc depositiones in effectibus non differunt, sed in fine, quia vna est pena, in qua fitur, alia est quasi via ad degradationem: ideo introducta fuit in iure alia differentia inter vtramque, nam ad illam, quæ ordinatur ad degradationem, requiritur specialis solemnitas, quæ ad aliam absolutam depositionem necessaria non est. Prior pars constat ex dict. cap. & aliis statim citandis. Posteriores docuit Iulius Clarus in Practic. Crimin. quaest. 74. referens generali consuetudine ita obseruari ex Follet. in Practic. crimin. canon. Idem Bern. Diaz in Practic. cap. 3. num. 7. referens Philip. & Domin. in dict. ca. 2. de penis. Et ratio reddi potest, tum quod pro hac depositione nullo iure præscripta est illa solemnitas: tum quod cessat specialis ratio propter quam in alia introducta est, scilicet, quia sic depositus statim degradandus est, & tradendus iudici seculari. Denique quia cum absoluta depositio solo iure interdum feratur ipso facto, non est mirum quod per simplicem sententiam ferri possit. Oportet autem exponere quænam solemnitas sit illa, quæ in depositione respectiva seruanda est. Dicitur ergo in primis, in dict. c. 2. de penis, in 6. hanc depositionem debere fieri à proprio Episcopo. Vnde in primis aliqui colligunt depositionem hanc debere fieri ab Episcopo consecrato, esseque hunc actum ex Ecclesiæ institutione ita deputatum consecrationi Episcopali, vt illa fieri non possit, quia est veluti actus ordinis eius, iuxta Glossam vlt. in ca. Transmissam de elect. ibi receptum per Abbatem, & alios. Hanc vero communem sententiam intelligendam esse existimo de actuali degradatione, non de verbali depositione, etiam illa quæ ad degradationem ordinatur: quia hæc etiam nihil aliud est quam sententia quædam, vnde est actus solus iurisdictionis, non ordinis, vt latius dicam infra in materia de irregularitate. Ad depositionem ergo verbalem sufficit Episcopus iurisdictionem habens, qualis est electus & confirmatus, etiam si consecratus non sit. Præterea cum ibi dicitur debere hanc depositionem fieri à proprio Episcopo, non excluditur, quin possit fieri ab alieno de licentia proprii, quia hæc iurisdicção, sicut alia, delegabilis est. Quin potius, loquendo de depositione verbali, non solum poterit delegari alteri Episcopo, sed etiam simplici clerico, verbi gratia, Vicario Episcopi: quia cum non requiratur consecratio Episcopalis ad hunc actum, vt dictum est, neque in delegato erit necessaria, atque

Respondeo
c. 2.

Obicitur
c. 2. de penis.

Conc. Trid. que ita hodie dispositum est in Concilio Trident. sess. 13. capit. 4. de reformatione. Ad degradationem vero actualem necessarius erit Episcopus; tamen hic etiam poterit esse alienus de licentia proprii, vt re- & sententia Hostiens. quem Abbas sequitur. Nam sic ut vnus Episcopus alteri committere potest, vt suos subditos ordinet, ita etiam vt deordinet, seu degradet.

19 *Secunda so-*
lennitas. Additur præterea in dict. cap. 2. quando dep-
positio est à solis minoribus ordinibus, solum proprium
Episcopum sufficere, quando vero est ab ordine sa-
cro, requiri præsentiam aliorum Episcoporum in
numero à sacris canonibus præscripto. Circa priorem
autem partem addunt Glossa, & Doctores necessa-
rium esse vt Episcopus id faciat præsentem suo clero,
seu capitulo, vel aliquibus personis, quæ eius nomi-
ne adint, & aliqui sententiam esse irritam, iuxta
capit. penult. 15. quæst. 7. & capit. 1. de Excessib. Prælat.
Quod seruandum est, nisi aliud teneat consuetudo,
vt eadem Glossa & Doctores dicunt in dict. cap. 2.
Circa alteram vero partem inquiri potest, quis sit
hic numerus Episcoporum: quod tractatur ibi à
Glossa & Doctoribus, & à Panormitano. & aliis in
capit. Non potest, de Sentent. & re iudic. Iulio Claro
in Practica Crim. libr. 5. quæst. 74. Et in summa di-
cunt, ad deponendum Episcopum requiri præsen-
tiam duodecim Episcoporum; ad Presbyterum tex-
ad Diaconum, vel Subdiaconum tres, ex cap. Felix,
cum ea Si quis, 15. quæst. 7. In his autem hodie stan-
dum est, quoad hæreticos limitationi adhibita in
capit. 1. de Hæreticis in 6. generatim vero definitio-
ni Concilij Trid. sess. 13. capit. 4. de Reformatione vbi sta-
tuit, Episcopum per se, vel per vicarium suum posse
verbalem depositionem exequi, adhibitis Abbati-
bus vsum mitræ, & baculi ex priuilegio Sedis Apo-
stolicæ habentibus, si commode possit, vel si non
possit, aliis personis grauib, & in dignitate eccle-
siastica constitutis loco Episcoporum, & in eodem
numero, quod intelligendum censeo de depositione
sacerdotum & inferiorum: nam de depositione
Episcoporum ibi nihil statuitur, vel quia hæc de-
positio Papæ reservata est, vt omnes docent, & me-
rito, quia ipse solus est (vt ita dicam) proprius Epi-
scopus aliorum Episcoporum: vel quia in depositione
Episcopi non erat eadem ratio, tum quia rara est,
ideoque necessaria non erat in ea illa moderatio,
tum etiam, quia propter dignitatem Episcopi non
expediebat præsentiam Episcoporum in inferio-
rum præsentiam commutari.

*Panormi-
tul. Clar.*

Conc. Trid.

*Ad quid re-
quiratur
horum Præ-
latorum
præsentia in
depositione.
Syluest.
Iul. Clar.*

Conclus.

A dere liceat, adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus to-
tidem Abbatibus, &c. Solum ergo immutat Episco-
pos in Abbates, reliqua vero integra reliquit. Item
propter hanc causam censetur nunc hæc solennitas
essentialis, quia antea erat, & Concilium in hoc ni-
hil innouauit: ergo similiter &c. Expendo præterea
illam verborum reduplicationem: Adhibitis, & in
hoc sibi assistentibus: nam videntur addita ne putare-
tur solum præsentiam requiri, sed etiam cooperatio-
nem in iudicando, ita vt sint veri assessores. Et for-
tasse propter hanc causam postulat in fine capituli,
vt si alix persone graues fuerint adhibita, iuris sci-
entia commendabiles existant. Hæc ergo opinio ex vi
Concilij, & generatim loquendo seruanda videtur:
tamen in calu hæresis seruanda erit praxis, iuxta ca.
1. de Hæret. in 6.

B Vltimo colligitur ex dictis aliud discrimen inter
vtramque depositionem verbalement: nam illa quæ ad
degradationem ordinatur, nūquam imponitur ipso
iure, neque incurritur ipso facto, quia requirit præ-
dictam solennitatem, quæ non potest nisi median-
te hominis sententia adhiberi, vt per se notum est.
At vero depositio absoluta interdum imponitur ip-
so iure, vt patet ex capit. 1. de homicid. in 6. & ca-
pit. 2. 50. distinct. quod etiam commune est perpetuæ
suspensionis, vt ex vfu constat, vt in hoc etiam appa-
reat non distinguere à simplici seu absoluta depofitione.
Atque hinc colligitur, licet aliquis clericus ipso
iure depositus sit, non posse ad realem degradationem
contra illum procedi, donec ab homine sit de-
positus verbaliter cum prædicta solennitate, quia i-
ta præscribitur in dict. c. 2. de Pœnis.

C Tandem ex his constat, quid vtraque depositio
sit, & quos effectus habeant, & quas causas, tam
subiectiuas quam efficientes, & quibus modis fiant:
propter quæ autem peccata possint imponi, in se-
quenti sect. attingemus. De modo autem quo au-
ferri possunt, nihil fere dicere oportet, quia depofitio
verbalis respectiua, & actualis degradatio, mor-
raliter non possunt auferri, quia statim post illas
sequitur mors: de potentia vero absoluta Pontifi-
cis auferri potest per dispensationem: & in aliquo
raro casu possit expedire, vt attingam sect. sequent.
Alia vero simplex depositio, seu perpetua suspensio,
aliquando ex gravi causa possunt auferri per
dispensationem, quæ soli Pontifici Summo reserua-
ta est, Abbas in capit. Cum in te, de Re iudic. num. 10.
Et à fortiori patet ex dictis, disputat. præced.

at
Discrimen
aliud inter
causam deo
positum

28

Abbas

SECTIO II.

Quomodo degradatio à suspensione, & depositione differat.



*D*egradationis vox propria est iuris
Pontificij, in iure namque civili non
est vtitata, nec latina est: introducta
vero est ad significandam poenā quan-
dam priuatiuam clericorum, quando
suis ordinibus, quantum per Ecclesiam fieri potest,
priuantur. Sunt enim ordines veluti gradus quidā
personarum ecclesiasticarū, & ideo earum deordi-
natio (vt sic dicam) degradatio appellata est: alij ve-
ro regradationem vocant, quasi retrogradationem
prior autem vox magis vtitata est: & aptior ad pri-
uationem significandam. Quoniam vero hæc priua-
tio per verbalement & actualem depofitionem fieri so-
let, vtraque etiā degradatio dici solet, vt patet ex ca.
2. de pœnis, in 6. Imo & depositio simplex seu abso-
luta, degradatio vocatur in cap. Tua, de Pœnis, vbi
notat Abbas, & in ca. 1. Ne clerici vel vouentes & in tex-
tu sacris constat. Nunc autem vt simplices termi-
nos habeamus, quibus vti possimus, degradatio-
nem appellamus solum ipsam realem depofitionem

R x 4

clericis

clerici, eamque comparamus prius cum depositione verbali, quæ ad illam ordinatur, ita enim declarabitur quid illa sit, & inde facile constabit, quantum ab omni alia depositione, vel suspensione distinguatur.

²
In quibus
conueniat
degradatio
cum deposi-
tione.

Comparantur ergo depositio hæc & degradatio, sicut sententia, & sententiæ executio, ut constat ex dict. cap. 2. de Pœnis, in 6. nam per verbalem depositionem profertur sententia, per degradationem mandatur executioni, quoad aliquas actiones, vel effectus, qui per ipsam sententiam, absque hominis actione perfici non possunt. Quo fit ut degradatio quodammodo includat vel supponat omnia, quæ depositio, addat vero nonnulla. Et ob priorem rationem multa habet cum illa communia. Nam etiam hæc est ecclesiastica pœna priuans ecclesiasticis functionibus, & ideo clericorum propria: imo in hoc (ut sic dicam) est maxime propria, quod degradatio hæc primo dicit respectum ad ecclesiasticos ordines, & illorum priuatio est per se ac primario, consequenter vero est priuatio beneficiorum, aut aliorum ecclesiasticorum officiorum, seu ministeriorum, ut constat ex ipsius vocis explanatione, & versu, & ex dict. cap. 2. de Pœnis, in 6. Deinde non priuat characterem clericali, & consequenter non impedit quin actus solius ordinis à degradato facti, validi sint, licet ipse peccet faciendi, ut docent Theologi omnes citati in præcedenti puncto, & in tert. tomo latius, agendo de ministeriis Sacramentorum in communi, & de Eucharistia in particulari. Denique hinc etiam degradatio conuenit, ut non priuet illis oneribus, quæ propria sunt, seu ex ordinatione Ecclesiæ consequuntur characterem ordinis, præsertim sacri, ut sunt obligatio ad seruandam castitatem, cum inhabilitate ad matrimonium contrahendum, & obligatio ad horas canonicas recitandas: hoc enim probant, quæ in simili de depositione diximus. Cum enim hæc sint pœnæ, non imponuntur ad tollenda onera, sed ad implenda grauamina, & honores tollendos. Denique degradatio etiam perpetua pœna est, non minus, imo quodammodo magis quam depositio: quamuis enim utraq; possit per Summum Pontificem dispensari, ut diximus, difficilius tamen degradatio, tum propter maiorem infamiam, tum propter plures effectus eius.

³
In quibus
conueniat
degradatio
cum deposi-
tione quæ ad
illam ordinatur.

Atque hæc fere omnia communia sunt degradationi etiam cum quacumque depositione, & suspensione perpetua, ut ex dictis satis constat. Vterius vero conueniunt specialiter degradatio, & depositio verbalis, quæ ad illam ordinatur, quod neutra fertur à iure ipso facto incurrenda, sed per hominis sententiam semper imponuntur, ut ex dictis satis patet. Rursus pro eisdem criminibus imponuntur, quia veluti vnâ integram pœnam complent, sicut sententia & executio idem crimen respiciunt. Rariùs vero ferendæ sunt, quam simplex depositio, quia cum illa sit longe grauior pœna, propter grauiora crimina, & extraordinaria ferenda est. Statim vero occurrebat explicandum, propter quæ peccata possit depositio, aut degradatio ferri. Quod late tractant Ang. Syluest. & alij verb. *Degradatio*, & Canonistæ locis citatis. Breuiter vero dicendum est, depositionem omnem ferri in primis posse in casibus à iure expressis, & non in alijs, nisi pro magnis sceleribus, iuxta cap. *Tuæ*, de Pœnis. Quæ autem sint hæc grauiora crimina, nulla certa regula præscribitur. Dicunt vero Innocentius, & alij, illa crimina, quæ in iure civili habent impositam pœnam mortis, censeri magna in clericis atque adeo sufficientia ad pœnam depositionis. Abbas vero, & alij concludunt hoc esse relinquendum iudicis arbitrio. De quo videri possunt quæ notat Bern. Diaz de Lugo in Pract. crimin. cap. 135 & 136.

⁴
Bern. Diaz.

At vero degradatio cum sua depositione solum videtur posseneri in casibus, in quibus post degra-

Ad dationem clericis traditur brachio seculari, iuxta c. 2. de pœnis in 6. & c. *Notum*, de verbor. significat. Qui autem sint illi casus, magis pertinet scire ad Prælatos, & Iudices ecclesiasticos fori contentiosi, quam ad confessores. Solent autem tres præcipue casus numerari ex Glossa in cap. *Ad abolendam*, de hæret. scilicet, crimen hæresis ex dict. cap. *Ad abolendam*, quod maxime procedit in hæretico relapso, & incorrigibili. Item in crimine falsi, id est, falsificandi litteras Apostolicas, ex cap. *Ad falsarios*, de crimine falsi: quanquam interdum Summus Pontifex eam pœnam moderetur, ut cap. *Notum*, §. *ult.* de verbor. significat. Tertius casus assignari solet calumnia, & contumelia grauis proprio Episcopo illata, ex ca. *Si quis sacerdotum*, in quest. 1. Quæ tamen Doctores moderantur ut intelligatur, si in incorrigibilis sit. Et ideo alij non numerant hunc tertium casum de incorrigibilitate in aliquo speciali crimine, sed absolute de incorrigibilitate, nimirum, in quolibet crimine atroci, & scandaloso. De quare plura videri possunt in Abbate cap. *At si clerici*, de ludi. c. 37. & seq. & in ca. *Notum*, de verbor. significat. & alijs Doctoribus eisdem locis: quæ fere in Summam redigit Syluest. verb. *Degradatio*, qu. 3. & 4. Latiùs Iulius Clarus, lib. 5. §. *ult.* q. 36. nu. 33. & 34. Bern. Diaz & ibi Salzedo in Pract. c. 130. & 140.

Præter hæc maxime conuenit degradationi, quod hominem reddit infamem, quod quidem quæ per antonomasiam illi tribuitur, tamen simpliciter commune est omni depositioni, & suspensioni perpetuæ proprie sumptæ, ut sumitur ex Abbate in cap. *Cum te*, de re iudic. nu. 10. Probatur ex duplici principio quod adria. Papa ponit in c. *Omnes veros*, §. q. 1. Vnum est, omnes, qui culpi exigentibus ad Sacerdotium prouochi non possunt, infames sunt, constat enim degradationem, seu depositum culpis exigentibus, ad Sacerdotium prouochi non posse: nam qui propter suas culpas dignus est ut à Sacerdotio deiciatur, à fortiori propter easdem est dignus ne ad Sacerdotium prouochatur. Vnde, qui deponitur ab inferioribus ordinibus, non potest ad superiores ordines promoueri: ex vi talis depositionis, ut à fortiori constat ex dictis in simili de suspensione, ergo manet infamis ex vitalis depositionis: & hæc dicitur propria infamia canonica. Aliud principium est: Omnes illos esse infames in ecclesiastico foro, quos leges ciuiles infames esse declarant. Contrahitur autem infamia iure ciuili quoties aliquis de grauisimo delicto per sententiam declaratur, & aliquando ex ipso genere pœnæ, quod infamie est, iuxta l. *Deuriones*. Cap. Ex quib. caus. infam. irrog. & cap. *Infames*, §. *Porro*, q. 3. quest. 7. & sumitur ex l. 1. ff. de iis quæ notantur infamia. At vero qui deponitur vel degradatur, publica sententia declaratur facinorosus de aliquo publico & grauisimo crimine. Ipsum etiam genus pœnæ infamie est, ut à simili declaratur optime ex legibus ciuilibus, iuxta quas miles efficitur infamis cum exautorizatur, eique insignia militaria detrahuntur, iuxta l. 2. §. *Ignominia*, ff. de iis quæ notantur infamia, nam per quandam analogiam ad illam exautorizationem, degradationem actuale declarauit Pontifex in dict. c. 2. de Pœnis in 7. Vnde sine dubio maior infamia creatur ex actuali degradatione quam ex sola verbali, & ex hac maior quam ex simplici depositione. Nihilominus tamen omnis depositio infamem reddit propter causas dictas.

Discrimina inter degradationem, & depositionem.

Differat autem actualis degradatio à depositione qualibet in solennitate: Nam licet illam specialem solennitatem non requirat, quam eius verbalis depositio; aliam tamen propriam postulat. Pri-

Ob quæ
crimina pœna
hæc pœna
imponitur.
Angel.
Syluest.

lat. Priorem partem docent Angelus, & Syluester, A
verb. Degradatio, cum Panormitano in capit. Quali-
ter, 2. accusationib. & in capit. 3. de sentent. & de
re iudic. numer. 10. ubi idem tenet Felinus numer.
6. Geminian. dicto capite 2. de Poenis in 6. Bernar-
dus Diaz. in Pract. crimin. capit. 3. numer. 7. Et est
communis sententia Iuristarum. Quia in dicto cap.
2. solum dicitur, ut degradandus actualiter ad præ-
sentiam Episcopi adducatur, & quod Episcopus
suum munus exequatur, ergo non requirit præsen-
tiam aliorum Episcoporum, aut Dignitatem &c.
sed prolata sententia coram ipsis, postea solus Epi-
scopus potest publice actualem degradationem com-
plere. Itaque habet usus. Et iuxta hæc intelligenda
sunt, cap. 1. de Hæret. in 6. & Conc. Trid. sess. 13. ca. 4.
de Reforma. cum dicant, ad degradationem requiri
certum numerum Episcoporum, quorum loco alij
substituuntur. Loquuntur autem de degradatione
ratione verbalis depositionis, quæ illam præcedit,
& ad illam proxime ordinatur, loquuntur enim se-
cundum antiquiora iura, ex quibus hoc constat.
Posterior item pars constat ex eodem c. 2. de Poenis,
in 6. ubi specialis solennitas degradationis describitur
sufficiens, nimirum quod degradandus indu-
tus sacris vestibus, & portans instrumenta sacra, id
est, vasa, aut librum, seu ea, quæ pertinent ad illum
ordinem, à quo degradatur, ad Episcopi præsen-
tiam adducatur, & ab eo publice illi exuatur, ac tan-
dem radatur, vel tondeatur caput illius, cum aliqua
forma & terrore verborum, quæ effectum huius
degradationis declarant. Per quam caeremoniam
quoad priuationem ordinis, aut beneficiorum nihil
de nouo fit, nam per prolationem sententiæ de-
positionis erat iam factum, sed illud ipsum quasi so-
lenniter promulgatur, & repræsentatur ad maio-
rem ignominiam & terrorem, & ut persona illa ve-
luti disponatur ad vltimum effectum, quem addit
hæc poena vltra depositionem verbalem. Vnde
quod Abb. dixit in ca. Inquisitionis, de Accus. num. 6.
nullam esse differentiam inter degradationem,
& priuationem officij, & beneficij, non est ab-
solute verum, sed solum quoad illum effectum, nã
simpliciter multum differunt, ut merito dixit Inno-
centius, quam sine causa ipse impugnatur, ut ex dictis
patet, & amplius ex dicendis.

Secundo ergo principaliter differunt, quod hæc
degradatio priuat priuilegio clericali, quod non facit
sola depositio. Vnde immerito Syluester verbo
Degradatio, in princ. porponens quasi verborum
formam, per quam depositio verbalis fit, ponit
hanc: Degradatus est priuatus officio & beneficio, & pri-
uilegio clericali. Hoc enim postremum non perti-
net ad sententiam depositionis ut sic; neque est
proferendum vsque ad actualem degradationem.
Ita colligunt omnes ex dicto capit. 2. de Poenis, in 6.
ubi in ablatione vltimi vestimenti ita dicitur esse
proferendum: *Authoritate Dei omnipotens, Patris,
Filij, & Spiritus Sancti, ac nostra, tibi auferimus habi-
tum clericalem, & eximus te omni ordine, beneficio, ac
priuilegio clericali.* Quia ergo illa forma vera & effi-
cax est, hunc effectum sine dubio habet hæc poena:
& quia hic effectus vltimus assignatur ut illi pro-
prius, depositioni non conuenit, ideoque per illum
optime ab illa distinguitur. Vnde fit, ut percuciens
degradatum clericum, non incurrat censuram cano-
nis, si quis suadente: quod locus est si depositum
tantum percuiat. Ita tenet Glossa in dicto capit. 2.
quam omnes sequuntur, ex illo principio; quod ille
priuatus est priuilegio clericali, non vero hic. At
vero Syluester, num. 8. limitationem addit, nisi post
verbaalem depositionem sequatur incorrigibilitas,
nam tunc etiam amittere putat priuilegium, absque
alia declaratione Ecclesiastici iudicis, iuxta capit.
Cum non ab homine, de Iudiciis, citaturque Abbatem in
cap. Ad abolendam, de Hæretic. Sed neque Abb. hoc

dicat; neque ex dicto capit. Cum non ab homine, colli-
gitur, sed potius contrarium: nam iuxta illud, cleri-
cus depositus, & incorrigibilis prius excommuni-
candus est; & si adhuc sit pertinax, potestari seculari
tradendus. Non ergo amittit ipso facto priui-
legium propter incorrigibilitatem, donec per iudi-
cem Ecclesiasticum illo priuetur, quod regulariter
non fit, nisi per realem degradationem. Et confir-
matur, nam incorrigibilitas non habet certum ter-
minum, nec consistit in vno actu, vel contumacia,
sed habet latitudinem: pendet ergo ex arbitrio iu-
dicis definire, quando aliquis propter illam dignus
est priuari priuilegio Ecclesiastico: non est ergo hoc
committ. vulgi opinioni, imo nec iudicio secularis
Iudicis, sed Ecclesiastici: ergo donec per sententiam
eius priuetur clericus tali priuilegio, non potest ab aliis
priuari: ergo incurrent in canonem, si quis suadente,
si illum percuciant. Nec sufficit sententia declara-
toria incorrigibilitatis (ut sic dicam) quia nullum
est ius, quod imponat hanc poenam ipso facto, etiã
post declarationem illam: requiritur ergo sententia
condemnatoria.

Atque idem dicendum est de priuatione priuile-
gij fori: nam ante degradationem actualem non po-
test Iudex secularis procedere contra huiusmodi
Clericum etiam depositum. Quod adeo verum
censeo, ut licet depositio verbalis facta sit in ordine
ad actualem, donec ipsa actualis executioni manderetur,
& proferatur vltima verborum forma supra ci-
tata, non possit secularis Iudex talem personam ap-
prehendere, aut iudicare: quia nondum priuatus est
priuilegio clericali, ut ex dicto capit. 2. colligitur ad-
iunctis aliis, ex quibus constat, depositum verbaliter
tantum adhuc esse de Ecclesiastico foro, & à se-
culari exemptum. Et ideo Ecclesia nunquam con-
suevit tradere Clericum reum brachio seculari vs-
que ad actualem degradationem eius: neque secun-
dum ius ordinarium existimo aliter fieri posse,
quamvis ob necessitatem urgentem possit aliquã-
do aliter fieri, præsertim interueniente Summi Põ-
tificis auctoritate. Ad vero post degradationem ac-
tualem, cum degradatus priuilegio clericali priue-
tur, statim efficitur fori secularis, veluti necessaria
consecutione; quia non debet relinqui nullius fori,
& sui iuris: & quia per priuilegium clericale exem-
ptus fuit à seculari foro; ideo ablato priuilegio, sta-
tim reuertitur ad antiquum forum. Atque ita & Iu-
dex secularis potest statim de causa illius cognosce-
re, & Ecclesia consuevit Clericos criminosos, ac re-
belles iam degradatos tradere secularibus Iudici-
bus. In quo debet obseruare Ecclesiasticus Præla-
tus, ut cum (sinita degradatione) seculari Iudici pro-
nunciant, ut in suum forum recipiat degradatum,
efficaciter pro eo intercedat, ut citra mortis periculum sen-
tentiam circa eum moderetur. Hæc enim fere verba
sunt Innocentij III. in capit. Nouimus, de Ver-
borum significat. ex quo textu multa ex dictis sumun-
tur.

Atque ex his tandem colligere licet, descriptio-
nes degradationis, & depositionis ad illam ordina-
tæ: nam de altera, quæ suspensio perpetua est, iam
satis constat ex dictis de suspensione. Depositio ergo
verbalis est, priuatio perpetua clericalis muneris
per canonicam sententiam cum debita solennitate
prolata. Degradatio autem est perpetua priuatio
clericalis muneris, & priuilegij effecta post similem
sententiam, adiuncta reali actione, & caeremonia
per canones instituta. In quibus descriptionibus
non ponimus censuram loco generis, ut multi fa-
ciunt; quia non putamus has esse censuras, cum non
sint medicinales pœnæ, sed vindictiue tantum.
Possè tamen loco generis poni nomen pœnæ: satis
tamen ex se notum est, priuationem illam esse pœ-
nalem, seu in pœnam impositam. Deinde satis etiam
ex dictis declaratur relinquuntur omnes causæ, &
effectus

8
Depositus
non priuatur
priuilegio
fori, sed
degradatus.

9
Descriptio-
nes deposi-
tionis ver-
balis, & de
gradatione.

effectus degradationis: nam quoad causam efficien-
tem habere eandem, quam depositio. Solumque o-
porteret aduertere quod Concilium Tridentinum
declarauit, depositionem verbalem posse fieri ab E-
piscopo per se, vel per Vicarium suum; realem vero
solum per seipsum. In causa vero subiectiua conue-
nit hæc degradatio cum depositione, & suspensio-
ne, ut dictum est. De materia vero, circa quam, seu
fine, propter quem priuatio hæc fit, & de forma &
modo ferendi illam, satis etiam est dictum. Quod
vero spectat ad effectus, iidem sunt effectus degra-
dationis, qui depositionis, addita priuatione clericalis
privilegij, cum maiori quadam infamia, ac dede-
core, ex qua priuatione tanquam ex causa per acci-
dens remouente prohibens, sequi solet seculare B
iudicium circa talem personam, & poenæ, quæ per
illum imponuntur: illi tamen non possunt dici effe-
ctus degradationis, nisi valde remote, & per acci-
dens.

De ablatis
ne seu re-
missione poe-
nae de gradationis.

De huius autem poenæ solutione, & remissione,
aut de causis, per quas fieri possit, nihil dicere oportet;
quia per se repugnat institutioni, & quasi nature
talis poenæ, cum perpetua sit. Ideoque iure ordina-
rio à nemine tolli potest: Summus vero Pontifex
per potestatem absolutam poterit illam auferre: ra-
ro tamen, vel nunquam id facit. Imo iuxta præsen-
tem Ecclesiæ consuetudinem non datur huic remis-
sioni locus: nullus enim degradatur, nisi brachio se-
culari statim tradatur, à quo poena mortis multa-
tur. Olim vero frequenter videtur fuisse vsus huius
degradationis; & ideo aliquando dabatur locus re-
stitutioni, quando scilicet postea constabat, degra-
dationem fuisse iniuste factam: & tunc restitutio ad
pristinum ordinem futura erat non tantum verbalis,
sed etiam realis, per exteriorem traditionem re-
rum, seu instrumentorum, & vestium, quæ in vno-
quoque ordine tradi solent. Ita enim statuitur in
Concilio Toletano quarto, cap. 27. & refertur in ca-
pit. Episcopus, vi. quæst. 3. Nunc autem, ut dixi, hoc lo-
cum non habet, quia post degradationem statim se-
quitur mors. Tamen si contingeret post degra-
dationem constare de falso testimonio, sicut esset
mors suspendenda; ita post declarationem nullita-
tis prioris sententiæ pristinus gradus esset restituendus,
dictaque forma seruanda esset. Idemque esset, si
Pontifex de absoluta potestate alicuiam degra-
dationem poenam mortis remitteret, eumque vellet ad
pristinum statum restituere propter magnam fidei, aut
contritionis ostensionem, verbi gratia, & spem ali-
cuius magni fructus; quantum etiam posset tunc
Pontifex si vellet, in prædicta forma restitutionis
dispensare, cum non sit de substantia ordinis, ut per
se constat.

DISPUTATIO XXXI.

De suspensionibus in particulari, quæ ipso iure
late sunt.

ACTENVS explicuimus gene-
ralem doctrinam de suspensio-
ne: superest, ut sicut de excom-
municatione fecimus, ita hic
suspensiones omnes, quæ ipso iure late sunt,
explicemus. De suspensionibus autem, quæ
ab homine feruntur, nihil dicendum occur-
rit: quia nihil addunt speciale, quod certum
sit, & sub scientiam cadat, præterea, quæ o-
mnibus suspensionibus generalia sunt. Ne-
que etiam in eis, prout sunt in vsu, aliquid
occurrit, quod speciali declaratione indi-

geat. Circa suspensiones autem à iure latis
aduertendum est, quasdam esse communes
omnibus Clericis, ut sic; alias vero quorun-
dam Clericorum proprias, ut Episcopo-
rum, vel Sacerdotum secularium, vel regu-
larium. Rursum quæ communes sunt omni-
bus, quædam in ipsa ordinatione contra-
hantur, alix post ordinationem. De quibus
sigillatim dicendum est.

SECTIO I.

Quibus modis, seu propter quas causas Clericus sus-
pensus maneat in ordinatione sua.

SUPPONENDUM est in hac materia,
verum habere principium illud in
irregularitate tritum, suspensionem
nunquam incurri ipso facto, nisi in
casibus à iure expressis. Cuius ratio
est euidentis, quia hæc poena non incurritur ipso fa-
cto ex natura rei tantum, ut per se notum est; neque
ex vi sententiæ ab homine latæ, ut nunc supponi-
mus: ergo debet esse virtute alicuius iuris positui:
ergo oportet, ut in ipso iure satis sit expressa talis
poena, alioqui si res sit dubia, erit in iudicium par-
tem interpretanda, iuxta communem regulam le-
gis poenalis.

Prima suspensio in ordinem susceptione
contracta.

HOC supposito varij casus recenseri solent, in
quibus Clericus suspensus manet, eo quod non
recte ordines suscipiat. Primus est de illo, qui ordi-
nes suscipit ab eo Episcopo, qui non potest licite il-
las dare, eo quod iam Episcopatum renuntiavit.
Quæ colligitur ex cap. 1. de Ordinatu ab Episcopo,
qui renuntiavit Episcopatu: ubi non simpliciter,
sed cum variis distinctionibus, & limitationibus
loquitur Pontifex. Primo ergo distinguit de Epi-
scopo, qui renuntiavit loco tantum, vel qui renun-
ciavit etiam dignitati. Dicitur autem renunciare
loco, qui Episcopatum dimittit, quod est officium,
seu potestatem iurisdictionis omittit: dignitati
autem renunciare dicitur, qui quantum est in se, et-
iam potestatem ordinis Episcopalis dimittit, vel
potius eius vsu se priuat: supponitque Pontifex pos-
se Episcopum etiam hoc modo renunciare Episco-
patui, & post factam renunciationem, & accepta-
tam eiusdem Pontificis Summi autoritate (hoc enim
necessarium est) non posse Episcopum licite
propriis actus Episcopalis ordinis exercere: hanc enim
vim habet acceptata renuntiatio. Dixi autem
non posse licite, quia valide potest: nam character est
indelebilis, in quo consistit potestas ordinis, quæ ad
valorem actus sufficit, qui ex iurisdictione non pen-
det; quanquam ut recte fiat, debeat secundum ius
fieri.

De priori ergo membro huius distinctionis ait
Pontifex, ordinatum ab Episcopo, qui tantum loco
renuntiavit, nullam suspensionem incurere; quia
talis Episcopus rogatus ab alio recte potest ordi-
nes conferre, & ideo alter licite recipit ordines, &
vsu eorum. Non declarat autem ibi Pontifex
quid dicendum sit, si talis Episcopus ordines confe-
rat non rogatus ab alio, sed vsurpando iurisdictionem,
cui renuntiavit. Et ideo multi intelligunt ibi su-
tacite, seu à contrario sensu dici, ordinatum in eo
casu manere suspensum; quia illam conditionem
videtur Pontifex ponere, ut necessariam ad non in-
currentem.